Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-363062-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-363062-p0002-9

xi

C. D.

DE

PECUNIA DOLORIS

vom

Schmertz-Gelde

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, JCto

Consil. Sax. & Prof. Publ.

ad d. Aug. 1686.

publicè disputabit

AUTOR

FRIDERICUS GOTTLOB Rumpel/

Dondorffio Thuring.

Jenæ, Typis Bauhoferianis.

Magnifico, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis atque Excellentissimis

DOMINIS

DN. JOHANNI FRIDERICO BACHOVIO ab ECHT,

ICto famigeratissimo, Consiliario Saxo-Gothano Intimo eminentissimo.

Nec non

DN. VITO LUDOVICO GOEKELIO,

ICto celeberrimo, Consiliario Saxo-Gothano Aulico meritissimo,

Dominis Patronis, Promotoribus, respective Avunculo omnibus honoribus atque officiis prosequendis,

hancce suam dissertationem

dicat, consecrat

AUTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-363062-p0006-1

C. D.

DE

PECUNIA DOLORIS

vom

Schmertz-Gelde

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, JCto

Consil. Sax. & Prof. Publ.

ad d. Aug. 1686.

publicè disputabit

AUTOR

FRIDERICUS GOTTLOB Rumpel/

Dondorffio Thuring.

Jenæ, Typis Bauhoferianis.

Magnifico, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, Doctissimis atque Excellentissimis

DOMINIS

DN. JOHANNI FRIDERICO

BACHOVIO ab ECHT,

ICto famigeratissimo, Consiliario Saxo-Ducali Intimo eminentissimo.

Nec non

DN. VITO LUDOVICO

GOEKELIO,

ICto celeberrimo, Consiliario Aulico meritissimo,

Dominis Patronis, Fautoribus, respective Domino avunculo omnibus honoribus atque officiis prosequendis

hancce suam dissertationem

dicat, consecrat

AUTOR.

C. D.

Equidem homine nihil est in mundo divinius, cùm dicto Chrysostomi *homil.* 2. *ad Hebr.* quod Deus est in cœlo, hoc est homo in terra, quod attinet principatum: Et sicut homo dominatum obtinet in omnibus, quæ sunt in terra, ita Deus dominatum obtinet in omnibus, quæ sunt in terra, ita Deus dominatum obtinet in omnibus, quæ sunt in cœlo ac terra. Vel, uti Quintilianus Senior *declamat.* 260. ait: Homo animal Deo proximum, & in contemplationem omnium, quæcunque mundo contigerunt, constitutum. Quæ de homine, qui secundùm rectam rationem, pietatem & virtutem actiones suas instituit, verè intelliguntur. Si verò in homine prævalent mendacium, insidiæ, fraus, dolus, nequitia, vitiorum ministerium, & quid non mali, haud inverecundè dici solet: hominem homini esse Diabolum. Ita depravata hominis natura utique malum meditatur atque adversus alterum exequitur, vel studio, vel incidit in illud culpâ, idque, quod proximo imminet detrimentum, non avertit, cum tamen ad illud avertendum omnino sit obstrictus. Hoc ve-

rò admixtum ſemper habere cernimus damni, ut is, qui alteri illud infert, ſibi ipſi ſimul noceat, juxta illud Poëtæ:

Lædere qui tentas alios, quæ mittis in altum,
In caput hæc recident aſpera ſaxa tuum.
Urere quo tentas alios, hoc ureris igne.
Quodque paras aliis, hoc peris ipſe malo,
Et velut is, qui mixtum aliis lethale venenum
Inſcius ipſe bibit, fraude peritque ſuâ
Aut certè inſtar apis, quæ cœco rapta furore
Protinus ut ſtimulum fixerit, ipſa perit.

Nocet ſibi, ut patiatur neceſſe habeat jure talionis id retribui, imò ad rependenda damna injuriâ data illata obſtringi. Hinc fit, ut læſus non ſolùm ad pœnam, ſed ad id quoq; quod ipſius intereſt, agere commodùm valeat. Rependenda quippe ſunt damna, quæ percuſſionibus vulneribusque illatis fiunt, ubi & per conſequentiam conſiderandum, quid circa dolores juſtum eſt; qui quidem propriè reſtitui non poſſunt, attamen eos perpeſſis pro gravitate illorum fieri convenit ſatisfactio, eaque ratione datur eorum quædam æſtimatio, vocaturque vulgò *pecunia doloris*, Schmertz-Geld/de qua materia, in foro haud infrequenti, à Parente meo honoratiſſimo ſpecimen edere juſſus, in publica cathedra differere conſtitui. Deus adſpiret labori benigniſſimè!

CAPUT I.

CAPUT I.

exponit

Vocabulorum explicationem, descriptionem & Quæstionem, an detur pecunia doloris.

SUMMARIA.

I. *Quid pecuniæ vocabulum hîc denotet. II. Quid dolor. III. Quid sit pecunia doloris. IV. Num pec. doloris detur? Ratio dubitand. Ratio decidendi. V. Actio, quâ pecunia doloris petitur, est actio utilis Aquiliana. Si in libello doloris tantùm fit mentio, scribens damnum intellexisse videtur.*

Thes. I.

PEcuniæ vocabulum trifariam in jure accipi (1) *latissimè*, ut veniant res omnes in patrimonio existentes *l.* 5. *l.* 178. *l.* 222. *ff. d. V. S.* (2) *latè* pro iis, quæ pondere, numero & mensura constant *l.* 30. *d. legat.* 1. & (3) *strictissimè* pro moneta aurea vel argentea, s. pecunia numerata vid. D. Præsidis *Dissertat. d. Pecunia statis temporibus solvenda*, von Tag-Zeiten / *Cap.* 1. *th.* 1.

Th. II. *Doloris* vox refertur tàm ad animi, quàm corporis cruciatus. Sic Cicer. *Sulpitio*: *lib.* 4. Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi, & *l.* 4. *C. ad L. Jul. d. adult.* dicitur: *justum dolorem excusa-*

cuſare à delicto. Animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriam in refutandis maledictis improborum Cic. *Att.*145.*b.* Nizol. *verb.dolor.* Hîc accipitur pro triſti ſenſatione. Dolorum origines & cauſationes vid. ap. Galen. *lib.* 2. *d. locis affectis.* vocatur aliàs *dolentia,* quæ vox antiquis fuit in uſu pro dolore Calepin. *voc. dolor.* Adde Nicandr. Joſſium Venatram. *in tr. d. voluptate & dolore.*

Th. III. *Pecunia doloris* eſt quantitas ob cruciatum corporis ab alio illatum ei, qui illum injuſtè perpeſſus eſt, debita.

Th. IV. Q. *an detur pecunia doloris?* Ratio dubitandi eſt in eo, quòd dolores æſtimentur reſpectu corporis, cui illati ſunt; jam autem corpus liberi hominis nulla eſt æſtimatio; ut errare indoctos rabulas forenſes, qui in libello actionis L. Aquiliæ: für empfangenen Schaden und Schmertz-Geld einen Abtrag begehren dicant Bocerus *claſſ.*4. *diſput.* 2. *theſ.* 35. *lit, B.* & Mejer. *in Colleg. Argent. ad tit. ff. ad L. Aquil. n.* 64. Verùm, licet ipſum corpus ſit inæſtimabile, tamen corporis dolores æſtimari poſſe nihil impedit, quia ſenſu percipiuntur, ex quo quilibet æſtimare & dicere poteſt, ſe vel tot imperiales ex patrimonio ſuo carere malle, quàm denuò ejusmodi dolores corporis ſentire. Et cùm omne damnum culpa datum reſarciendum ſit, ideo

etiam

etiam damnum corpori ex doloribus enatum in computationem ejus, quod intereſt, venire debet *l.* 5. §. 1. *ff. ad L. Aquil.* Dn. Schnegaſſ. *in tr. d. jure delicti L. Aquil.* Et hodiè damnum illatum æſtimari atque ad ejus reparationem agi, & ſi vulneratus quis ſit, non ſolum mercedes Medicis & Chirurgis præſtitas, aut operas, quibus caruit aut cariturus eſt, ob vulnus in hanc æſtimationem venire ſed & *doloris* & cicatricum atque deformitatis rationem haberi, ſi id nominatim petat vulneratus, egregiè docet Magnif. Dn. Struv. *Jurisprud. Roman. german. forenſ. lib.* 3. *tit.* 23. §. 20.

Th. V. Hinc *actio*, quâ pecunia doloris petitur, eſt utilis Legis aquiliæ. Dico: quod ſit *utilis*, cùm detur pro eo, quod intereſt, & ad emendationem damni dati vulneratione liberi corporis, ad quam directa non eſt comparata, cùm æſtimationem illud non recipiat; æſtimatio autem vulneris ſimul fit cum doloribus tanquam connexis, in ſententia judicis, quæ deſuper profertur Carpzov. *p.* 2. *pract. criminal. quæſt.* 99. *n.* 43. ubi Prætori Lipſienſi anno 1630. pronunciatum eſſe refert: So iſt er Ihme den zugefügten Schaden und Schmertzen mit 50. Thlr. zuverbüſſen ſchuldig. Imò, ſi in libello, doloris (des Schmertzens) ſolùm fiat mentio, damnum intellexiſſe ſcribens cenſetur, uti judicatum anno 1614. vor dem Ober-Gericht zu T. ex conſilio quo-

quorundam ICC. vorm Hofgericht 7. Sept. 1614. refert Beſold. *in theſaur. pract. in voc.* Abtrag.

Caput II.

Quinam ſolvere tenentur pecuniam doloris.

SUMMARĪA.

I. Ad pecun. dolor. exſolvendam adſtringitur dolo delinquens. II. Et culpa. III. Generaliter, qui damnum infert corpori ad reſtitutionem tenetur. IV. Judex, qui modum excedit in torquendo, tenetur ſyndicatu & ad pecuniam doloris. V. Qui non intelligunt quod agunt, ad damna, ſi qua dederint, non tenentur. VI. Nec qui jure ſuo uſus eſt. VII. An heredes teneantur? VIII. Judex neque ad damna, neque dolores reſarciendos tenetur, ſi torturam paſſus, nihil confeſſus, & per ſententiam ſit abſolutus.

Th. I.

Ad ſolvendam hanc doloris pecuniam obſtringitur, qui damnum injuriâ i. e. ſine jure infert. Hoc fit vel *dolo*, vel *culpâ*. Dolo (malo) fit, ſi quis ex propoſito ſ. data opera vulnus infert cauſatque dolores *arg. l. fin.* §. 1. *d. incend.* junct. *l.* 10. *ad L. Corn. d. ſicar.* Idque fiat cum plena deliberatione, num ſine eâ, nil intereſt; ſufficit enim ad hoc factum, ut inde reſultet efficax obligatio & actio, levior dolus & minus delictum. Si quis ergò ex irâ, quam ſine cauſâ juſtâ ſuſcepit, aliquem non deliberatè lædit, à dolo non excuſatur *Sanct. Crimin. art.* 137.

Th. II.

Th. II. Qui ignoranter agit, v. gr. ex juſto iracundiæ calore alterum lædit, non quidem dolum, ſed culpam committit; quod enim fit calore iracundiæ, non fit ex animi judicio *l.* 48. *d. R. J. l.* 4. *C. d. adult. c. ſi quis iratus* 5. *q.* 3. 2. cùm difficillimum ſit juſtum animi dolorem temperare *l.* 38. §. *ad L. Jul. d. adult.* vel, qui ebrius eſt, & vulnus infligit, à pecunia doloris ſolvenda non eſt immunis; cùm legislatores puniant eum, qui ſibi ipſe ignorationis cauſa eſſe videtur; in eo verò, qui inebriatur, principium eſſe, cum ſui quisque in eo dominus ſit, ut non inebrietur, hoc autem ignorationis cauſam eſſe docet Ariſtot. 3. *Eth.* 2. *& c.* 7. & licet tanta ſit ebrietas, ut rationis uſum impediat, non tamen à culpa pœnaque extraordinaria excuſatur, in ipſo enim ebrio eſt, non inebriari. Unde in *l.* 11. § 2. *d. pœn.* impetu delinqui dicitur, cum per ebrietatem ad manus aut ferrum venitur, & à delicto ex propoſito *ibid.* diſtingvitur.

Th. III. Et generaliter, qui vel culpa leviſſimâ committit, ſeu facit quid, unde damnum corpori fiat, utpote ſi vulneret, virgis vel loris, vel pugnis cædat, ut corpus ſcindatur, vel tumor enaſcatur, actione L aquiliæ utili ad reſtituendum damnum ſimulque pecuniam doloris tenetur *l.* 27. §. 17. *ff. ad L. Aquil.* vel, qui damnum non prohibet, cùm ſine ſuo periculo prohibere potuiſſet, ad reſarcienda damna obſtringitur *l.* 45. *ff. ad L. Aquil.*

Th. IV. *Judex*, qui modum excedit in torquendo, vel quæstioni quemquam subjicit, ubi legitima indicia delicti non præcesserunt, tenetur de syndicatu Bartol. *in l. quæstionis modum n.* 1. *ff. d. quæst.* & damnum & dolorem resarcire tenetur *Sanct. Criminal. art.* 20. ibi: Wo auch einige Obrigkeit oder Richter/in solchem überführen/(scil. wo ohne redliche Anzeigung iemand peinlich gefraget wurde) sollen die dem/so also wider Recht/ohne die bewiesene Anzeigung gemartert wär/seiner Schmach/Schmertzen/Kosten und Schaden der Gebühr Ergetzung zu thun schuldig seyn. Et hoc valet, etiamsi liberatus à carcere in sua Urphede promiserit, quòd nulla ratione, ne quidem per viam juris velit illatæ sibi injuriæ vindictam quærere, ibi: Es soll auch kein Obrigkeit oder Richter in diesem Fall kein Urphede helffen/schützen oder schirmen/daß der Gepeinigte seine Schmach/Schmertzen/Kosten und Schaden mit Recht/doch alle thätliche Handlung ausgeschlossen/wie recht/nicht suchen mag. Conveniri propterea potest coram proxime Superiori *Sanct. Crim. art.* 61. *in fin.* Et tunc causa Syndicatus est summaria, & in ea solâ facta inspecta & cognitâ veritate proceditur; Unde hîc, quæ sunt de apicibus juris, non attenduntur, sed proceditur etiam cumulata causa criminali cum civili

vili Christinæus *vol.* 2. *decis.* 84. *n.* 2. Clasenius *ad Sanct. Crim. d. art.* 20. *th.* 3. Sebast. Gvazzinus *tom.* 2. *ad defens.* 30. *cap.* 42.

Th. V. Ex antea dictis sequitur, eum, qui non intelligit, quod agit, ad damnum, si quod dederit, non teneri. Quomodo enim quis verè potest delinquere, quem destituit usus intellectûs, qui est principium agendi in actu signato, tum quod voluntas dependet ab intellectu, tum quod nihil vult, nisi quod intellectus intelligit, tum quod sic vult, quod intelligit intellectus; necque in tali homine est voluntas, quæ est principium primum agendi in actu exercito, ubi intellectus de hoc vel illo actu judicat & consulit, quid voluntas eligere debeat sub ratione mali. Unde nec *infans*, nec *furiosus* delinquere dicuntur, ut neq; ex damno injuria dato, neque ex injuria, si verberet & vulneret, teneantur *l.* 5. §. 2. *ad L. Aquil. l.* 60. *d. rei vindic. l.* 3. §. 1. *d. injur. c. relatum* 2. *c.* 15. *qu.* 1. Quæ tamen ita accipienda sunt, ut si forsitan negligentius custoditi fuerint, propter negligentiam suam ii, quibus custodiæ cura incumbebat, teneantur D. Fromman. *hypotyp. jur. furiosor. singular. cap.* 2. *th.* 29.

Th. VI. Qui verò jure suo usus est, alterique damnum intulit, ab omni pœna æque ac restitutione damni immunis est. Jure factum esse arbitramur

omne id,quod fit ad tutelam corporis noſtri; nam unicuique ſui corporis curam demandavit natura, & in ſe ipſum videtur injurius, qui eam negligit. Grot. *d. jur. bell. & pac. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 3. & pari imminente periculo nobis potius, quàm aliis eſt conſulendum. Eleganter Xenoph. *Cyrop.* 6. *Ex omnibus nihil tam noſtrum eſt, quàm nos ipſi noſtri ſumus*. Et Herod. *in Clio: Si videmus neceſſitatem nobis propoſitam, ut vel pereamus ipſi, vel cædamus hoſtem, eligimus, ut ſuperſimus ipſi* add. *l.* 3. *ff. d. j. & j. l.* 7. §. *ſi neceſſaria* 1. *ff. qui ſatisdar. cog. l.* 27. *ff. d. manum. teſtam. l.* 7. §. *belliſſimè ff. quod vi aut clam.* Imò, non à me, ſed à ſeipſo occiſus eſſe præſumitur, qui ad arripiendam neceſſariam defenſionem cauſam dedit; videturque indirectè, actu tamen voluntatis, ſui interfectionem expetiviſſe, cum fecerit id, ex quo norat, vel noſſe minimum poterat ſibi mortis periculum à me defendente ingruiturum. vid. Farinac. *pract. crim. qu.* 125. *n.* 11. Jodoc. Damhoud. *prax. crimin. c.* 76. *n.* 2. *& ſeqq.* Adeo, ut terminos defenſionis tranſiliens vulnera doloresque invaſori ſi inferat, licet propter exceſſum ab omni quidem pœna immunis non ſit, attamen mercedes Chirurgorum, aliaque ejusmodi damna (dolores) vulnerato reſtituere non teneatur, Coler. *p.* 5. *deciſ.* 161. *n.* 66. & ita reſponderunt Dnn. Lipſienſes anno 1627. teſte Carpzov. *in prax.*

prax. crimin. p. 2. qu. 99. n. 54. So wird C. N solcher seiner Begünstigung und begangenen excessus wegen umb 5. neue Schock billich in Straff genommen/das aufgewandte Artz-Lohn/(Schmertz-Geld) Versäumnüs/und Unkosten aber/mag er gestalten Sachen nach/weil der Beschädigte zu solcher Schlägerey und Beschädigung Ursach geben/abzustatten nicht angehalten werden.

Th. VII. Si is, qui damnum alteri dedit, moriatur, quæritur; *Num heredes ad refusionem ejus una cum pecunia doloris obstricti sint?* Resp. Si lis à defuncto fuerit contestata, dubium non est, quin heredes obligentur *l. 26. ff. d. obl. & act. l. 33. & 58. eod.* cùm litis contestatio novet obligationem ex delicto, ut amplius non sit ex delicto, sed ex quasi contractu *l. 3. §. 1. ff. d. pecul. l. 35. ff. d. noxal. act.* Si verò damnificans ante litem contestatam moriatur, contra heredem actionem legis Aquiliæ, quatenus tantùm interesse damni dati, non verò pœnam ea persequitur, dari rationi juris civilis convenit *l. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil.* & ex æquitate juris Canonici id affirmat per *c. fin. X. d. sepultur. c. in literis X. d. raptorib.* Mevius *p. 5. decis. 39.* sive heredes tenentur quatenus ex bonis capiunt Faber. *in §. pœnales Instit. d. perpet. & tempor. action.* Covarruv. *lib. 3. variar. resol. cap. 3.*

Th. VIII. Si privatus à præstatione damni im-

munis est, quando jure suo utitur, quantò magis judex ab omni actione tutus erit, si reus mediante tortura constanter negando cruciatus corporis sustinens indicia purgat; quia hæc causam dederunt torturæ; Judex enim officio suo functus est, & qui ita vivit, ut propterea in suspicionem criminis incurrat, sibi imputabit, si quid incommodi postea ipse exinde sit persensurus, Clasen *ad constit. crim. Carol. V. art.* 61. Notabile & hoc est, quod, quamvis pro judice, quòd acta ab ipso legitimè sint celebrata, aliàs militet præsumtio, *c.* 23. *X. d. Elect. & Elect. potest.* attamen in dubio, an reus justè & legitimè, an verò injustè & indebitè fuerit tortus, præsumtio contra judicem sit, quòd injustè is torturam decreverit Wesenb. *in parat. ff. d. quæst. n.* 9. nisi ipse probet, sufficientissima indicia fuisse præsto, quibus ipse commotus fuerit ad torturam decernendam: & subinde ostenderit, quod in modo torquendi à se præscripto nihil dolo, odio, vel etiam malitiæ dederit, sed cuncta juxta rationem justitiæ ad veritatis inquisitionem prudenter ordinaverit & carnifici perceperit exequenda Manz. *ad art.* 61. *Sanct, Crim. n.* 34. 35. *& seqq.* Clasen. *d. l.* Vel dicendum: Pro judice præsumi quidem quoad justitiam causæ, non autem quoad ordinem processus, nisi quatenus ex eo apparet Prosper. Farinac. *in pract. crimin. lib.* 1. *quæst.* 30. *n.* 145. *& seq.*

CA-

Caput III.
Quomodo æstimanda vulnera & dolores.

SUMMARIA.

Th. I. Quilibet de corpore suo atque exinde perpessis laboribus omnium optimè judicare potest. Olim de jure Saxonico certa erat ac determinata pœna, ultra quam reus civiliter conventus condemnari non poterat, Quæ universaliter mutata est. II. Judex super doloribus sententiam laturus de qualitate & gravitate vulnerum debet esse instructus. Unde Medici ac Chirurgi mediante inspectione oculari de vulneribus judicent. III. Quomodo Medicus & Judex simulatum cognoscere possint dolorem. IV. Exempla æstimatorum vulnerum referuntur. V. Num locum habeat juramentum in supplementum. VI. Quamvis in libello etiam pro operis, quibus quis carituras est, petatur satisfactio, earum tamen in judicando non tam exacta habetur ratio. VII. Qu. si Medici æstiment vulnera ab imperito Chirurgo malè observata & neglecta fuisse, num inferenti vulnus, ratione dolorum major quantitas possit adjudicari.

Th. I.

EQuidem quilibet de corpore suo doloribusq; perpessis optimè omnium judicare potest, eosq; æstimare. Ac sæpius existimationis jactura unà cum doloribus æstimatur, prout unicuique libuerit, §. 7. *Inst. d. injur.* id quod salva moderatione judicis intelligendum est, Carpzov. *lib.* 6. *respons.* III. ubi responsum Dn. Scabinorum Lipsiensis *n.* 21. refert: Hat A. M. R. unlängsten an seines Schwagers Hochzeit/in loco publico, seinen Degen gegen Euch ent-

entblösset / und darauf hinterwerts Euch hinter das lincke Ohr gehauen/daß dasselbe nur an dem Ohr-Läplein auf das genaueste hangen blieben/ dahero in die 4. biß 5. Kannen Blut Euch entgangen/und dadurch grosse Schmertzen zugefüget worden; gestalt ihr denn gantzer 6. Wochen mit gar gefährlicher Cur zubracht/ꝛc. So seyd ihr entweder die Euch zugefügten injurien und Schimpff/ **zusambt den Schmertzen und Schaden/** Euer Gelegenheit nach/ **so ihr selbsten am besten wissen könnet** / zu æstimiren, oder das Artz-Lohn/ Säumnüs und Schäden zu liquidiren/und dieselbe/nebenst der Busse/zu fordern wohlbefugt. Und wird in beyden Fällen ermeldter R. wenn Er der Begünstigung geständig/oder überführet/von der Obrigkeit über diß willkührlichen billich in Straffe genommen V. R. W. Olim quidem juxta Jus Saxonicum certa pœna expressa ac statuta erat, nempe ultra infamiam 30. solidorum in masculis, & 15. solidorum in fœminis, ultra quam Reus civiliter conventus condemnari non poterat Landrecht/*lib.* 3. *art.* 45. Verùm ista dispositio consuetudine sublata est, non modò in foro Saxonico, sed & in Imperio Romano Germanico Imperio, vid. *Constitutio Saxonica Elector.* 12. *part.* 4.

Th. II. Ad nudam tamen assertionem actoris seu damnificati judex super vulneribus judicare non debet, sed decet eum de ea re esse edoctum, præsertim cum pro gravitate vulnerum eum dijudicare conveniat. Medici autem (quorum in dijudicando vulnere nomine veniunt & Chirurgi *Ord. crimin. art.* 149. Caranz. *de partu c.* 9. *n.* 8. Greven. ad Gail. *lib.* 2. *concluſ.* 111. utpote quorum artem & isti olim exercebant Jacob. Rævard. *ad l.* 132. *d. R. J.*) tanquam periti in arte de qualitate vulnerum, utrum sint lethalia, vel non, judicent, *cap. ſignificasti* 18. *verſ. & quidem ſi hoc X. d. homicid.* Harprecht. *ad §.* 13. *& ſeqq. Inſt. ad L. Aquil.* quorum dictis & testimoniis fides habenda est. *cap.* 14. *d. probat. cap.* 6. *d. frigid. & malef.* Medici isti sint periti. Eorum ergo, qui exquisitiorem notitiam habere præsumuntur, judicium desideratur, *arg. l.* 11. *C. d. advocat. diverſ. judic.* Et quod de Chirurgis dicebatur, eos sub nomine Medicorum, quoad lethalitatem vulneris cognoscendam comprehendi addat. Finckelth. *obſerv.* 61. *n.* 9. ulterius notandum, vocabulo Chirurgorum venire barbitonsores Carpz. *pract. crim. part.* 1. *quæst.* 26. *n.* 36. quod intelligendum est non de nudis barbitonsoribus, qui plerumque rerum anatomicarum planè sunt imperiti D. Welsch. *de ration. vulner. judic. cap.* 19. qui vulnus dicunt lethale, quod nihilo minus

nus quàm tale eſt, teſte Bernhard. Svevo *tr. d. inſpect. vulner. in præfat.* Et quod de judicio Medici dictum, hoc intelligendum eſt, ſi ſit juratum Farin. *d. teſtib. qv.* 74. *n.* 95. Sufficit tamen ad hoc, ſi initio officii juramentum ſit præſtitum, cujus tanta vis eſt, ut ad omnes actus ſe extendat, Pacian. *d. probat. lib.* 2. *c.* 47. *n.* 21. vel ſi promotus ſit Doctor Medicinæ, idem operatur juramentum ejus in promotione ſolenni præſtitum Ruland. *d. Commiſſ. part.* 1. *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 10.

Th. III. Non rarò ſimulatur dolor; qualem ſimulationem inveſtiget judex neceſſe eſt. Sed quomodo? Modum ſuperditat Oldenkop. *obſerv. crimin. tit.* 3. *obſ.* 25. Scilicet, conſideret (1) partem, quæ dolet, vel quæ dolere ſimulatur (2) doloris ſpeciem, (3) cauſam, (4) doloris ipſius durationem (5) ſigna. Ubi proponet Medicus remedia, ut cognoſcat promtitudinem ſimulatoris in illis rejiciendis vel acceptandis. Prout hic de veritate vel ſimulatione judicium feret, ita judicabit judex, & uni ſoli perito credendum erit Fulvius Pacianus *d. probat. lib.* 3. *cap.* 47. *n.* 34.

§. IV. Inſpecto itaque vulnere æſtimantur dolores, ut ſententia condemnatoria augeat quantitatem præſtandorum v.gr. quando mercedes Medicis & Chirurgis exſolvendæ aliàs eſſent 20. Imperial. ob gravitatem vulneris & dolorum ſenſato-

rum

rūm fit condemnatio ad 40. 50. Quæ æstimatio membri non quidem est determinata & simplex, sed indeterminata & composita *l. 8. §. ult. ff. rem rat. haber.* quam vel exinde observare licet, cùm membrum alterum pluris altero æstimetur. D. Nitschius *diss. inaug. d. æstimatione cap. 4. th. 7. lit. G.* Membra quippe æstimari possunt, si non *in se* propter dignitatem & præstantiam, tamen *ex accidenti*, propter vulnerum dolores & operationes impeditas *l. ult. ff. d. his qui effud. l. 3. ff. si quadrup. pauper.* D. Ziegler. *in Comment. Jur. Can. ad Lancellot. Inst. p.* 1006. Olim de Jure Saxonico pro oculo læso dimidium Werigeldi s. 10. imperiales solvebatur Landr. *art.* 113. & 16. *lib.* 2. Hodie in arbitrio judicis est horum determinatio, ut emendam singulis casibus, pro ratione circumstantiarum ac qualitate vulneris imponere possit. *Constit. Elect. Saxon.* 42. *p.* 4. Ita pro mutilato digito auriculari in manu dextra figuli decem saxagenas antiquas vel 12. florenos Rhenanos cum semisse; Pro mutilato pollice in manu sinistra 20. sexagenas antiquas; Pariter mulieri cuidam ob mutilationem trium digitorum 50. florenos loco emendæ solvendos; Labefactatis itidem 5. dentibus alicui, Reum ad emendam 6. sexagenarum novarum; Pro manu verò mutilata & abscissa 100. florenorum emendam; Pro effossione aut mutilatione ocu-

li 50. ſolidos, ob qualitatem tamen perſonæ, damnum paſſæ, ad 100. florenos, und iſt das ausgeſtochene Auge mit 100. Gülden zu verbüſſen ſchuldig/ pronunciaſſe Dnn. Lipſienſes teſtatur Carpz. *part.* 2. *criminal. qv.* 99. & Dnn. Wittebergenſes JCtos anno 1679. ita reſponderunt: Daß H. L. mit dem Medico, Chirurgo und Apothecker des angegebenen Artzt-Lohns und abgefolgter Artzneyen halber ſich zu vergleichen/oder daß darüber eines Collegii Medici Bedencken eingehohlet werde/gewärtig zu ſeyn/hierneben den M. S. am rechten Fuſſe durch einen Schuß zugefügten Schaden mit 100. Rthlr. zu verbüſſen ſchuldig; Uſu autem venit, haberi in referendo dolorum rationem, & vulnera ita ponderari, licet non ubique dolorum expreſſa fiat in ſententia mentio, ſufficiet adjudicationem damni fieri reo.

Th. V. Dubitatum aliquando fuit; Num in probandis æſtimandisque doloribus locum habeat juramentum in ſupplementum, ita ut ſi de doloribus adeo gravibus dubitetur, aſſertio vulnerati mediante juramento firmari queat? Et dicendum eſt, quod non, modò de ipſo vulnerante ſatis conſtet; nam de facto non eſt, quod juramentum deferatur, de eo enim actu conſtat judici, cùm in oculos incurrat, & hujus deciſioni ſtandum ſit. Et ita accipiendum eſſe exiſtimo reſponſum Scabinorum

rum Lipsiensium apud Philipp. *libr.* 4. *Institut. in Eccloq.* 34. *n.* 13. relatum: Seyt Ihr von Ehrn J. B. Pfarren zu Berfelde / rechtlichen belanget worden/als solt Ihr in einer Schencke/wie Er gleich zur Stuben-Thür hinaus gehen wollen/ein Wein-Gläßlein mit der Hand herfür an die Wand geworffen haben / davon im Rückprallen/Ihme ein Stücklein Glaß ins rechte Auge gesprungen / dadurch Er nicht allein grosse Schmertzen erlitten/sondern auch dasselbige Auge verlohren/und es ist/auf vorgehenden Beweiß in einem Urtheil/so in seine Krafft ergangen/klagenden Pfarrern das juramentum in supplementum zuerkant worden. Da Er nun solchen Eyd schweren würde/so wäret Ihr Ihme/über das von Ihme aufgewandte Artz-Lohn/auch andere Unkosten und Versäumnüß/sein Auge mit 100. fl. zu verbüssen schuldig. Major dubitatio est, num *juramentum minutionis* sive *minorationis*, quo reus damnum violenter actori illatum, atque ab eo æstimatum minuit atque moderatur, locum habeat? Resp. in casu, ubi quis in rixa vulneratus, læsus, vel ei manus amputata est, actorque ad certam summam & quantitatem æstimatorie agit, ac reus eam etiam præstare tenetur, reum ad juramentum minorationis esse admittendum tradunt Andr. Rauchbar. *part.* 1. *qu.* 9. *n.* 38. Coler *d. proc. executiv. p.* 1. *c.* 12. *n.* 50. Berlich. *p.* 1. *decis.*

decis. 88. *n.* 33. *& part. ult. conclus.* 61. Ita JCti Judicii Provincial. Wittenbergensis in Schlägerey Sachen R. J. Klägers an einem/ H. D. Beklagten am andern Theil anno 1620. hunc in modum pronunciarunt: Daß Kläger das jenige/ was ihme in deme am 23. Decembr. anno 1616. publicirten Urthel/ wegen empfangener Beschädigung zu beweisen auferleget/ und er sich angemasset/ zur Nothdurfft dargethan/ Beklagte aber ihre angezogene defension, wie zu recht gnugsam nicht erwiesen/ Derowegen sind sie dem Kläger das Artz-Lohn und andere daher rührende Schäden/ und was Er an seiner Nahrung und Handwerck darüber versäumet/ oder ferner versäumen möchte/ so hoch als ers in seinem Klag-Libell angegeben/ und Beklagte vermittelst ihres leiblichen Eydes nicht vermindern werden/ zu bezahlen/ auch die in dieser Sachen aufgewandte Gerichts-Kosten auf Richterliche moderation zu erstatten schuldig/ quæ sententia in judicio Appellat. Dresdensi d. 9. Decembr. 1620. fuit confirmata. Verùm hæc opinio postmodùm est mutata in Electoratu Saxonico, ita ut dispositio *d. artic.* 47. *&* 51. Landrechts in verb. wer dem andern ichtwas nimmt/ & ibi: wiedergeben quoad juramentum minorationis locum non habeat, nisi in vi ablativa & compulsiva, quia verbis statuti inhærendum est *l.* 1. §. 15. *ff. d. exercit. act.* quod explica-

catum in *Ordin. proceſſ. judic. tit.* 31. §. Dieweil aber/in verbis; Dieweil aber auch die Sächſiſchen Rechte nur allein de violentia expulſiva & ablativa reden/wenn einer mit Gewalt aus einem Gute getrieben/ oder Jhme gewaltthätig etwas genommen wird/ſo ſoll das juramentum minorationis nicht ſtatt haben. Ut licet olim fuerit ante ordinationem Proceſſ. judicar. aliter judicatum, jure tamen correctorio hodie utimur vid. Carpzov. *p.* 2. *crimin. quæſt.* 96. *n.* 48. Richter. *diſſert. d. juram. minutionis th.* 48.

Th. VI. Quamvis in libello etiam pro operis, quibus quis cariturus eſt, petatur ſatisfactio; earum tamen in judicando non tam exacta habetur ratio; cùm res videatur incerta, tum propter ætatem vulnerati, tum propter dubium percipiendi lucri; Attamen loco ejus emenda major conſtituitur ſive elevatur, docente id Carpzov. *d. part.* 2. *qu.* 99. ibi: *Illud ſolummodo hîc monitum velim, quod in moderatione expenſarum non magna habeatur ratio operarum, quibus vulneratus inpoſterum cariturus eſt, ſed quandoque illæ planè omittantur, quia harum nomine* emenda major *conſtitui conſueverit.*

Th. VII. Imperiti Chirurgi vel barbitonſores faciunt ſæpius curando, ut dolores multiplicentur vulnerato; eo caſu non tam vulnerans, quàm imperitè

peritè curans ratione pecuniæ doloris teneri æquum eſt; vulneranti enim plus damni adjudicaretur eo caſu, præterquam commeritus fuiſſet; cum delictum ſaltem delinquenti, non cæteris nocere, & nemo debeat affectare id, in quo intelligit vel intelligere debet imperitiam ſuam alteri nocituram *l.* 8. *ff. ad L. Aquil.* Quo caſu, antequam in cauſa definitivè pronuncietur, judicium alicujus Collegii Medici audiendum erit. Niſi enim de peritorum teſtimonio conſtet, judex non poteſt judicare Tuſchus *pract. concl. lit. P. concluſ.* 285. *n.* 12.

Caput IV. & Ultimum.

agit

De Connexis, Affinibus & Contrariis.

SUMMARIA.

Th. I. Cognoſcitur æquè de damno illato, ac de pecunia doloris, nec non de pœna arbitraria. II. Removetur Objectio. III. Affinia. IV. Contraria.

Th. I.

Judex in caſu vulnerationis vel percuſſionis non ſolùm de doloribus vel operationibus per vulnerationem impeditis, de expenſis & aliis præſtandis ſimul; ſed etiam ſuper pœna ex-arbitria carceris, relegationis, vel mulcta pecuniaria cognoſcit *Conſt. Elect. Sax.* 42. *l.* 4. Ita

Dnn.

Dnn. Wittebergenſes anno 1679. Judicarunt: Auch die durch dieſen Inquiſition-Proceſs verurſachte Unkoſten/ ſo auf 15. Thal. 18. Groſch. zu mäßigen zu erſtatten ſchuldig. Und iſt er hierüber 4. Wochen lang mit Gefängnis oder umb 25. Thal. zu beſtraffen.

Th. II. Neque eſt, quod quis ob delictum duplici pœna non posſit affici; Nam aliud eſt emenda & reſtitutio impenſarum, aliud pœna. Illa reſpiciunt ſatisfactionem læſi, hæc vindictam publicam & jus Magiſtratus. *l.* 20. *d. pœn. l.* 70. §. *ult. ff. d. fidej.*

Th. III. Pecuniæ doloris affinis eſt pecunia *Expiationis* das Sühne-Geld / vid. Schneegaſ. *ad L. Aquil. p.* 95. Fructus *operarum*, quibus quis ob litem carere debuit, Verſäumnis-Koſten; Damna Cicatricum & Deformitatis, ſi quis in facie vel alia parte corporis notabiliter defornatus ſit ob inflictionem vulneris.

Th. IV. Vulneratus, quando criminaliter actionem ſuam inſtituit adverſus vulneratorem, ad pœnam nempe corporis afflictivam, ceſſat reſtitutio damni & emendæ, cum per pœnam corporis afflictivam & judici & parti omnino ſatisfiat, nec recompenſa parti ulterius debeatur Schultes *in addit. ad Modeſt. Piſtor. p.* 3. *qu.* 107. *n.* 38. Carpz. *p.* 4. *c.* 42. *def.* 14. TANTUM!

Corollaria.

I.

Injuriâ damnum datum intelligitur tunc demum, quando homo damnum dedit.

II.

Nemini permittitur pecus ſuum in alterius fundo paſcere ſ. cultus ſit fundus ſ. incultus.

III.

Damni Appellatione etiam impenſæ continentur.

IV.

IV.

In æstimatione facienda non habetur ratio affectionis.

V.

Liber parochi probat ætatem.

VI.

Contra juratum contractum vi aut dolo extortum datur restitutio, nec requiritur absolutio ab ejusmodi juramento.

VII.

Mater ipsa tenetur lactare infantem.

VIII.

Cautio rati est inferenda mandato.

IX.

IX.

Amicus pro amico intimo ſine mandato poteſt intervenire.

X.

Supellex ſtudioſorum tacitè obligatur pignori ex inductione in muſæum conductum facta.

FINIS.

AB: 153719

ULB Halle
003 025 845
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-363062-p0035-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-363062-p0036-8

C. D.

DE

PECUNIA DOLORIS

vom

Schmertz-Gelde

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, JCto

Consil. Sax. & Prof. Publ.

ad d. Aug. 1686.

publicè disputabit

AUTOR

FRIDERICUS GOTTLOB Rumpel/

Dondorffio Thuring.

Jenæ, Typis Bauhoferianis.